amicos etc. De scdo Jo. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri. De tertio. ro. viij. Si autem filii et heredes etc. De quarto sic dicit. Quantum laborares ut ducere inuenires qui mortali te regi adduceret. et pro te ad ipsum sermonem faceret. Duce igitur totius generis humani qui ad deum pro nobis interpellationes faciunt. nonne honorandi sunt. Vtique quod debent honorandi sunt. templum erigentes deo et eorum memoriam venerantes. **A**lle sumunt quantum ad corporum ipsorum preciositatem. Et ponit idem Damascenus. iij. et augustinus. addit quantum ad manifestatam preciositatem corporum siue reliquiarum sanctorum. Ipsa enim sanctorum corpora fuerunt promptuarii dei. templum christi alabastrum spiritualis unguenti. fontes diuini. et organum spiritus sancti. **P**rimo enim fuerunt promptuarii dei. Vnde dicit. Ipsi enim promptuaria dei. pura cenacula facti sunt. Scdo templum christi. vnde sequitur. Quoniam per intellectum in corporibus eorum habitauit deus. ut ait apostolus. Inscitatis quoniam corpora vestra templum inhabitatis in vobis spiritus sancti sunt. deus autem spiritus est. Qualiter igitur non honoranda aiata dei templum et aiata habitacula etc. De tertio chrisostomus. Homo in edificatione parietum delectatur. deus autem in conuersatione sanctorum vnde psalmus. Bone dilexi deus. Quod decorum. Homo quod diuersitas marmorum splendens facit. sed quod prestat varietas viuentium generum. Ille decor carne delectatur. iste viuificat animam. Ille pro tempore deicit et decipit oculos. iste autem in perpetuum edificat intellectum. Tertio alabastrum spiritualis unguenti. vnde ait. Unguentum boni odoris ex se manans sanctorum reliquie tribuetur. Et nullus hoc discredat. Si enim ex rupe et firma petra aqua in beremo emanauit. et ex maxilla asini samsoni sitiienti aqua venerat. multo potius ex martyrum reliquijs unguentum bene oleum emanare incredibile nequaquam est sitientibus diuina virtute. et ipsorum sanctorum honorem. Quarto fontes diuini. Vnde ait. Ipsi viuentes in veritate cum libera presentia deo assistunt. Fontes nobis salutare dominator christus sanctorum suorum prebuit reliquias multiformia beneficia irrigantes. Quarto organum spiritus sancti. Hanc rationem assignat augustinus. in li. de ci. di. dicens. Homo sunt continenda simpliciter reuerenda sanctorum corpora. quibus dum adhuc uiuerent spiritus sanctus quasi quibusdam organis ad omne opus bonum plus est. Vnde apostolus

an experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. Et de stephano dicitur quod non poterant resistere sapientie et spiritui qui loquebatur etc. Item ambrosius in exameron. Hoc est preciosissimum quod homo diuine vocis fit organum. et corporalibus labijs exprimit celeste oraculum. **T**ertio instituta est propter negligentiarum expiationem. Licet enim paucorum sanctorum festa agamus. adhuc tamen illa pauca negligentem sepe agimus. et multa ibidem ignorantiam vel negligentiam obmutimus. Si igitur in alijs solennitatibus sanctorum quas egimus aliquid quid negleximus. in hac generali festiuitate supplere possumus. et de negligentia nos purgare valeamus. Hec ratio tangi videtur in sermone qui hac die peccelias recitatur in qua sic dicit. Secretum est ut hac die sanctorum omnium memoria habeatur. ut quicquid humana fragilitas ignorantiam vel per negligentiam seu pro occupatione rei secularis in solennitatibus sanctorum minus bene peregisset in hac sancta obfuatione soluat. **N**otandum autem quod quadruplex est differentia sanctorum noui testamenti quos per anni circulum colimus et quos hodierna die insimul recolimus ut ea que negligentem fecimus suppleamus. scilicet apostoli. martires. confessores. et virgines. Et hi secundum Rabanum pro quatuor mundi partes significantur. Ipsi enim per meridiem martires. per aquilonem confessores. per occidentem virgines. **P**rima igitur differentia est apostolorum. quorum dignitas et excellentia manifestatur ex eo quod omnes alios sanctos in quatuor excedunt. **P**rimo in preeminencia dignitatis. Ipsi enim sunt sapientes principes ecclesie militantis. potentes assessores eterni iudicis. dulces pastores dominici gregis. berni. Tales decebat humani generis pastores et doctores constitui qui et dulces essent et potentes et sapientes. Dulces ut me blande et misericorditer susciperent. potentes ut fortiter protegerent sapientes ut ad viam et per viam ducerent que ducit ad ciuitatem supernam. **S**cdo in preeminencia potestatis. De quorum potestatis preeminencia sic dicit augustinus. Apostolis deus dedit potestatem super naturam ut eam curarent. super demones ut eos euerterent. super elementa ut ea mutarent. super animas ut ipsas a peccatis soluerent. super mortem ut ipsas

De omnibus sanctis

contēnerent. super angelos vt corpus dñici
psecrarēt. **T**ertio in prerogatiua scitatis
Vñ ppter eoz maxiaz scitātē ⁊ gnarū pleni
tudine. vita et conuersatio xpi in eis tanq̄ i spe
culo relucebat ⁊ cognoscebat in eis sicut sol
in suo splēdore. sicut rosa in suo odore. sicut
ignis in suo calore. **B**e⁹ dicit chris. sup ma
theū. **A**dit xps aplos q̄ si sol radios suos.
q̄ si rosa suauitatis sue odorē. q̄ si ignis scint
illas suas dispit. vt sic sol in radijs suis appet
sic rosa i odorib⁹ suis sentit. sicut ignis i scintil
lis suis aspiciat. sic i illoz virtutib⁹ xpi potētia agno
scat. **B**e⁹ chris. **Q**uarto i efficacia utilitatis. d
q̄z efficacia sic dicit aug. loq̄ns d aplos. Ex ab
rectissimis ex ipitissimis ex paucissimis nobi
litant. illuminant. multiplicant. dulcissima elo
q̄a. p̄clazissima ingenia. copiosissima agmīa
mirabileqz peritias auroz facundozū atqz
doctoz subiugant xpo. **S**ecunda differē
tia est martirū. Quozum dignitas ⁊ excellē
tia manifestatur ex eo q̄ passi sunt multipli
citer. vtiliter et constanter. **M**ultiplicie
quoniam preter martirium sanguinis pas
si sunt triplex aliud martirium sine sanguie
Be quo triplici martirio dicit Bernardus
Triplex est martirium sine sāguine. i. paci
tas in v̄itate quam habuit dauid. largitas
in paupertate quam exhibuit iobias et vi
dua. castitas i iuuetute qua vsus est ioseph
in egypto. **S**im autēz Gregoriū t̄plex est mar
tirium sine sāguie. i. patientia aduersozum
Vñ dicit. Sine ferro martires eē possum⁹.
si patientiā in aīo veracit custodim⁹. **C**ōpas
sio afflictioz. Unde dicit. Qui dolorem exhi
bet in aliena necessitate crucē portat i mente
Dilectō inimicoz. vñ dicit. Ferre contumeli
as. odientē diligere. martirium est in occulta
cogitatione. **S**ecundo vtiliter. Que vti
litas ex parte ipoz martyzū est oīm peccato
rū remissio. meritoz cumulatio. ⁊ eterne glē
pceptio. **I**sta precio sui sanguinis sibi emerit
et ideo eoz sanguis dicitur precios⁹. i. p̄cio plen⁹.
Be primo et secundo dicit aug. de ciuit. dei.
Quid est preciosius q̄ mors ppter quā deli
cta dimittuntur. ⁊ merita cumulant. **I**dem
sup ioh. **I** precios⁹ est sanguis xpi sine precio
fecit tñ ipe suoz sanguinē preciosuz p q̄b⁹ de

dit sanguinē in precium. **N**ā si suoz sanguiez
nō faceret p̄ciosū nō diceret p̄ciola in cōspe
ctu dñi. **I**te cypan⁹ martirū ē delictozū fi
nis. periculi t̄min⁹. dux salutis. patientie ma
gister. dom⁹ vite. **B**e tertio bern. **T**ria sūt q̄
moxē scōz faciunt preciosam. quies a labo
re. gaudium d nouitate. securitas d eternitate
Ex parte nostra duplex est vtilitas. qz da
ti sunt nobis in exemplar ad certanduz. chri
sostomus. **T**u chustiane delicatus es miles
si putas te posse sine pugna vincere. sine cer
tamine triumphare. **E**xerce vires fortiter. di
mica atrociter. in prelio isto concerta. consi
dera pactum. conditionem attende. militi
am nosce. pactum quod spondidisti. condi
tionem quam accepisti. militiam cui nomē
dedisti. **H**oc enim pacto cuncti pugnauerūt.
hac conditione vniuersi vicerunt. hac mili
tia triumphauerunt. **H**ec Chrysostomus.
Secundo dati sunt nobis in patronos ad au
xiliādū. **A**diuuāt enim nos ⁊ meritis suis. ⁊
oratiōibus suis. **B**e primo augustin⁹. **Q**uim
mēsa dei pietas. martirū merita nostra vult
eē suffragia. **I**llos examiat vt nos erudiat. il
los conterit vt nos acquirat. illoz cruciat⁹
nrōs vult eē p̄fect⁹. **B**e secundo hiero⁹. **Q**ui
vigilantiū. **S**i apostoli et martires adhuc in
corpore positi p̄nt orare p ceteris. qñ de se ad
huc deberēt eē solliciti. qz tomag⁹ p⁹ coronas
victorias et triūphos. **V**ñ bō moyses ipe
trauit veniā a deo sexcentis milib⁹ armato
ru. **E**t stephan⁹ paulo et multis alijs veniaz
obtinuit. **S**ed postqz cū xpo eē ceperūt ml
tomag⁹ p̄nt. **I**daul⁹ aplos. cclxxvi. sibi dicit in
navi aias condonatas. ⁊ postqz resolut⁹ ce
pit eē cū xpo ml tomag⁹ p̄nt. **T**ertio p̄stantez
Aug⁹. **I**ramea est aia martiris splēdida ca
ritate. acuta veritate dei pugnantis vibrata
virtute que bella fecit. q̄ p̄radicentiū caiuas
redarguendo supauit. p̄cussit infestos. pro
stravit aduersos. **I**te cris. **T**orti torquētib⁹
fortiores steterūt. ac laniātes vnglas lania
ta mēbra vicerunt. **E**t **T**ertia differētia
est p̄fessoz. Quozū dignitas et excellentia ma
nifestatur ex eo q̄ deum p̄fessi sunt trib⁹ mo
dis. i. corde. ore. ⁊ opere. **C**ōfessio autē cordis
non sufficit sine confessione oris sicut p̄bat

De omnibus sanctis.

chrys. quattuor rationibus super matth. ¶ Quā-
rum ad primā sic dicit. Radix confessionis fi-
des est cordis. confessio autē fructus est fidei.
Sicut ergo quādiu radix est uiua in terra. ne-
cesse ē ut aut ramos producat aut folia. Si autē
non produxerit. sine dubio intellige. quia radix in
terra siccata est. Sic quādiu fides cordis integ-
ra est. semper germinat confessionē in ore. Si au-
tē confessio marcida fuerit oralis. intellige sine
dubio. quia fides cordis etiam ante siccata
est. ¶ Quātū ad secundam sic dicit. Si tibi pro-
dest corde credere. et corā hominibus non con-
fiteri. ergo et infideli hypocrite confiteri christum prodest
etiam si corde non credat. Si autē ille nihil proficit si-
ne fide confitens. nec tu proficis credendo sine con-
fessione. ¶ Quātū ad tertiam sic dicit. Et si suf-
ficit christo quia cognoscis eum etiam si confessus eum non
fueris corā hominibus. ergo et tibi sufficiat quia
cognoscit te christus etiam si confessus non fuerit te
corā deo. Si autē tibi non sufficit cognitio
eius. nec illi sufficit cognitio tua. ¶ Quātū
ad quartā sic dicit. Si enim sufficeret tibi fi-
des cordis. cor tantum modo tibi deus creauit. In-
de autem et os tibi deus creauit ut corde credas
et ore confitearis. ¶ Tertio confessi sunt deus
opere. Qualiter autē quis deus opere confiteatur. aut
neget. ostendit hiero. in originali super illud. con-
fitentur se nosse deum dicēs. Christus est sapia. iu-
stitia. veritas. sanctitas. fortitudo. Negat per
insipientiam sapia. per iniquitatem iustitia. per menda-
cium veritas. per turpitudinem sanctitas. per imbe-
cillitatem animi fortitudo. et quatenus scimus quia vinci-
mur vicijs atque peccatis torrens deum negamus
et econuerso quatenus bene quod agimus deum confi-
temur. ¶ Quarta differentia est virginum.
Quarum dignitas et excellentia manifestatur.
Primo quia ipse sunt sponse eterni regis. am-
bro. In dulcitudine quae potest maiorem existimare
decore eius quae amata a rege. probatur a iudice.
Dedicatur a deo. semper sponsa. semper innupta.
Secundo quia comparantur angelis. ambro. Virgini-
tas conditione humane nature supponit per
quam homines angelis sociantur. maior tamen est victo-
ria virginum quam angelorum. Angeli enim sine car-
ne viuunt. virgines vero in carne triumphant.
Tertio quia illustriores sunt fidelibus uniuersis.
Unde cypanus. Virginitas est flos ecclē

stici germinis. Decus atque ornamentum gratie spiri-
tualis. leta in dolens laudis et bonoris. opus
integrum atque incorruptum. Dei imago. rursus
ad scitimoniam dei illustrior portio gregis christi.
Quarto quia preferunt coniugatis. Hec autem excel-
lentia quam beata uirginitas respectu copule coniu-
galis. patet ex multiplici comparatione ad illam.
Illa enim impregnat ventrem. ista mentem. augustinus.
Generosius elegit in carne vitam quam imitari
angelorum quam ex carne numerum augere morta-
lium. Est autem uerberior felicio quam fecunditas non
ventre grauescere. sed mentem grauescere. Illa
parturit filios doloris. ista filios gaudij et ex-
ultationis. Augustinus. Ipsa continentia nequam steri-
lis est. sed fecunda mater filiorum gaudiorum.
De marito te dicitur. Illa filijs replet terram ista
celum. hiero. In nuptie terram implent. virgini-
tas paradysum. Illa autem est multe sollicitu-
dinis. ista quietis. Gilbertus. Virginitas est cu-
rarum silentium. pax carnis. redemptio uiciorum
principat virtutum. Illa est bonum. ista melius
biero. ad pammachium. Tantum est inter nupti-
as et uirginitatem. quantum inter non peccare
et bene facere. Immo ut leuius dicam. quantum inter
bonum et melius. Illa comparatur spinis. ista rosa.
Hiero. ad eustochium. Laudo nuptias. sed
quia mihi uirgines generant. Lego de spinis
rosam. de terra aurum. de conca margaritam.
Quinto quia multis gaudet privilegijs. Ipse
namque uirgines coronam aureolam habebunt. can-
ticum nouum sole cantabunt. uestimētis eiusdem
cum christo gaudebunt. pro ipso agnum semper ambulabunt.
¶ Quarto et ultimo instituta est
propter facilitatem orationum nostrarum impetrationem.
ut sicut omnes sanctos uniuersaliter hac die bo-
noramus. sic et ipsi omnes pro nobis in similibus interce-
dant ut sic dei misericordiam facilius impetremus.
Si enim impossibile est multorum preces non exau-
diri. stat quia impossibile valde erit omnium sancto-
rum pro nobis orantium preces non exaudiri. hanc
ratio in oratione tangit cum dicitur. Desiderata nobis
tue propitiationis abundantiam multiplicationis in-
tercessoribus largiaris. Intercedunt enim pro no-
bis sancti merito et affectu. Merito dum nobis
eorum merita suffragantur. Affectu dum uota no-
stra cupiunt adimpleri. quod tamen non faciunt ni-
si uoluntate dei adimplenda didicerint. Quia autem

De commemoratione omnium fidelium defunctorum

in hac die oēs sc̄i ad incedendū vniuersali
ter p nob̄ pueniāt. oñdit̄ in q̄dā visione que
sequēti anno ab huius solēnitatis instituti
one cōtigisse narzatur. Cū enī in hac die cu
stos ecclesie sancti petri ex deuotione omnia
altaria circūisset. ⁊ omniū sc̄orum suffragia
implozasset. ⁊ demum ad altare sancti petri
redisset. ibi paululum conuiescens extra se
rapitur. Et ecce vidit regem regum in subli
mi solio consistentē ⁊ omnes angelos in ei⁹
circūitu commozantes. Tūc virgo virginū
in dyademate p̄fulgenti aduenit. quā inu
merabilis multitudo virginū ⁊ continenti
um sequebatur. Huic rex protin⁹ assurzerit
⁊ posito solio iuxta se sedere fecit. Post hoc
aduenit q̄dam vestitus pilis camelozū. quē
sequebatur multitudo venerabiliū seniorū
Deinde aduenit ⁊ alius pontificali habitu
decoratus quem aliq̄ruꝝ cobozs in habitu
simili sequebat̄. Postea vō p̄cessit innume
rabilis multitudo militū. Post quos adue
nit turba diuersarū gentium infinita. Des
igitur ante regis solium aduenerūt et ipsuz
flexis genibus adorauerūt. Is autē q̄ in pō
ntificali habitu erat. matutinas ceteris prose
quētibz inchoauit. Angelus autē qui pre
dictū custodē ducebat eidē visionē exposu
it. asserens virginem ī p̄ma acie matrem dei
eē. vestitum de pilis camelozū iohannem ba
p̄tistam cū patriarchis siml̄ et p̄phetis. pon
tificali ornatum habitu petrum cum cete
ris apostolis. milites martires. turbam reli
quam p̄fessores. Qui deo omnes añ reges
penerūt. vt p̄ honore sibi hac die a mortalib⁹
exhibito gratias agerēt. ⁊ pro orbe vniuerso
orarent. Deinde ad locum alium ip̄z duxit
⁊ vtriusq̄ sexus homines alios in stratis au
reis. alios in mensis gaudentes diuersis de
licijs. alios nudos ⁊ inopes auxilium mendi
cantes ostendit. Dixit autēz hunc locū pur
gatorium eē. abundātes vero animas illas
eē quibus ab amicis per multa suffragia co
piose subueniebatur. egentes vero eē quoz
cura nullatenus habebatur. Iussit ergo vt
omnia ista sumo pōntifici intumaret. vt post
festum omniū sc̄oz die statueret animarū
vt saltem generalia suffragia pro ill̄ illa die

fierent qui specialia habere neq̄rēt.

CLVIII

24

De commemoratione omnium
fidelium defunctorum.

Commemoratio
omniū fidelium defunctorum hac
die in ecclia fieri instituta est. vt
generalib⁹ b̄nificijs adiuuent̄ q̄ specialia b̄nē
nō p̄ualent. sicut ī p̄dicta reuelatiōe mōstra
tum est. Sit q̄z petr⁹ damiani q̄ sc̄tus obilio
cōperiēs q̄ ap̄d vulcanū sicilie crebro voces
⁊ ululatus demonū audiebat. plangentiu
q̄ anime defunctorum elemosinas ⁊ orationes
de eoz manibus eripiebāt in suis monaste
rijs ordinauit vt post festū omnium sc̄ozū
fieret cōmemoratio defunctorum. q̄d fuit post
ab omni ecclia approbatū De duobus autē
hic specialiter videri pōt. Primo de ip̄s pur
gandis. sc̄do de eoz suffragijs. Circa p̄mū
tria videntur. Primo q̄ sunt illi qui pur
gant. sc̄do p̄ quos purgant. tertio vbi purgā
tur. Illoz autē qui purgant tria sūt gene
ra. Primo q̄ satisfactione sibi iniuncta non
dū completa decedūt. Terūt̄ si tantam ha
berēt cordis p̄tritionē que sufficeret ad dele
dum peccatū. liberi ad vitā trāsirent. etiaꝝ si
satisfactionē mīme cōplessent. q̄a p̄tritio est
maxia p̄ peccato satisfactioꝝ maxia pecca
ti deletio. biero. Apud deū nō tam valet mē
sura t̄pis q̄z doloris. nec tā abstinentia ciboz
q̄z mortificatio vicioꝝ. Sed qui nō adeo cō
terunt ⁊ ante cōpletionē p̄nie moriunt. igne
purgatorij ḡuissime puniunt. nisi forte eoz
satisfactio ab aliq̄b⁹ caris suis p̄ficiēda assu
mat. Ad h̄ t̄n q̄ p̄dicta cōmutatio valeat q̄t
tuoz req̄runt. Primum est ex pte cōmutantis
s. ei⁹ auctoritas. q̄a de sacerdotis auctoritate d̄
bet fieri. Sc̄dm est ex pte illi⁹ p̄ q̄ fit cōmuta
tio. s. ei⁹ necessitas. q̄a ī tali statu d̄z eē q̄ p̄ se sa
tisfacere nō valeat. s. adiuuari indigeat. Ter
tium est ex pte illi⁹ in quē fit cōmutatio. s. cari
tas. q̄a necesse est ip̄m eē in caritate q̄ faciat
ip̄am satisfactionē eē meritoꝝ ⁊ satisfactori
am. Quartū est ex pte pene. s. debita p̄porti
onabilitas. vt videlicet minor pena cōmute
tur ī maiore q̄z pl⁹ satisfacit d̄o pena p̄p̄a q̄z

De commemoratione oim fidelium defunctorum.

aliena. Est enim triplex pena. scilicet p[ro]p[ri]a et voluntaria. et hec maxime satisfacit. Secunda est p[ro]p[ri]a et non voluntaria. que est in purgatorio. Tertia est voluntaria sed non p[ro]p[ri]a. sicut est in predicta commutatione. et hec minus satisfacit quam p[ro]p[ri]a. ex eo quod non est p[ro]p[ri]a. et magis quam scilicet ex eo quod est voluntaria. Verumtamen si iste p[ro]p[ri]a satisfactio est assumpta decedit nihilominus tamen in purgatorio cruciatur. sed tamen per penam quam ipse sustinet et quam alij pro eo solvunt. citius liberatur. quia dominus et penam suam et penam illorum in sortem computat. Unde si debuit in purgatorio penam duorum mensium sustinere. talis sic poterit iuvare quod liberabitur vno mense. Nunquam tamen inde eripitur quisquam debitum sit solutum. Quo soluto illud quod soluit deinceps est ipse qui facit et in sinum eius convertitur. et si ipse non indiget convertitur in sinum ecclesie. vel valet alijs qui in purgatorio sunt.

Secundi qui in purgatorium descendunt sunt qui satisfactionem quam debent in vita compleverunt. sed tamen illa pena propter ignorantiam vel negligentiam sacerdotis non fuit sufficiens. Hi enim nisi magnitudo contritionis suppleat totum in purgatorio complebunt quod minus in hac vita fecerunt. Deus enim qui modos et mensuram peccatorum et penarum novit. addit penam sufficientem ne aliquod peccatum impunitum remaneat. Tamen penam iniunctam aut est maior. aut equalis. aut minor. Si maior tunc illud quod plus fecerit cedit ei ad augmentum glorie. Si equalis tunc sufficit ad dimissionem totius culpe. Si minor tunc illud quod restat suppletur ex virtute divine iustitie. De his vero qui in fine penitentem audiunt quod augustinus sentiat. Baptizatus ad horam securus binc exit. fidelis bene vivens securus binc exit. agens penam et reconciliatus cum sanus est securus binc exit. agens penam ad ultimum et reconciliatus si securus binc exit. ego non sum securus. Ergo tene certum et dimitte incertum. Hec autem deo dicit augustinus. quia tales consueverunt potius penitere ex necessitate quam ex voluntate. potius timore pene quam amore glorie.

Tertij qui in purgatorium descendunt sunt qui lignum fenem et stipulam secum ferunt. qui scilicet circa suas divitias infra tamen deum carnali tenentur affectu. Affectiones enim carnales quibus homi-

ti sunt domibus pingibus possessionibus ita tamen ut nil deo proponant. alijs tribus significantur. Qui pro suis amandi modos vel divitius ut lignum. vel minus ut fenem. vel minimum ut stipula cremabunt. Qui ignis sic dicit augustinus. et si eternus non sit. miro tamen modo est gravis. excellit enim omnem penam quam unquam passus est aliquis in hac vita. Nunquam in carne inuenta est tanta pena. licet mirabilia martires passi sint tormenta.

Circa secundum per quos scilicet purgantur. sciendum quod illa purgatio et punitione fit per malos angelos et non per bonos. Boni enim angeli non vexant bonos. sed boni malos. et mali bonos. et mali malos. Ideo tamen credendum est quod boni angeli fratres et concives suos frequenter visitant et consolantur. et ut patienter sufferant exhortantur. Habent etiam aliud consolationis remedium ex eo. scilicet quod certam gloriam futuram expectant. Habent enim certitudinem de gloria. minorem tamen quam illi qui sunt in patria. sed maiores quam illi qui sunt in via. Certitudo enim illorum qui sunt in patria est sine expectatione et timore. quia nec illam futuram expectant cum presentem habeant. nec illam de cetero amittere formidant. Certitudo autem illorum qui sunt in via e contrario est. Sed certitudo illorum qui sunt in purgatorio medio modo est. Est enim cum expectatione. quia ipsam futuram expectant. sed est sine timore quia cum habeant liberum arbitrium confirmatum. de cetero se peccare non posse cognoscunt. Habent etiam aliam consolationem quam pro se suffragia fieri credunt. Forte tamen verius credendum est quod illa punitione non fit per malos angelos. sed divina iustitia iubente. et flatu eius succedente.

Circa tertium ubi scilicet purgantur. sciendum est quod purgantur in quodam loco iuxta infernum posito. qui purgatorium dicitur secundum positionem plurimorum sapientium. sed alijs videatur quod sit in aere vel in torrida zona. Sed tamen per divinam dispensationem diversa loca diversis aibus aliquando deputantur. et hoc multiplici de causa scilicet aut propter eorum levem punitionem. aut propter eorum celeriore liberationem. aut propter nostram instructionem. aut propter culpe in loco perpetracionem. aut propter alicuius sancti oracionem.

Primo propter eorum levem punitionem. sicut aliquibus secundum gregorium revelatum est aias quasdam

De commemoratione omnium fidelium defunctorum.

in umbra punitas eē. **S**ecundo ppter eoz celeriorē liberationē. ut. s. possint alijs suā indigentia reuelare. et ab eis suffragia petere. et sic celeriter de pena exire. Sicut legitur quod quidam piscatores beati theobaldi in autūno frustuz magnū glacie p pisce pēdiderūt. De q magis qz de pisce gauisi maxie qā ep̄s dolore pedū laborabat. ip̄am glaciē e⁹ pedib⁹ supposuerūt et magnū ei refrigeriū prestabat. Quadā vō vice de glacie homis vocē audiuit. q ab ep̄o adiuratus q̄s eēt dixit. Sū qdaz ania q in h gelicidio p peccatis meis affligor. et liberari posses si. xxx. missas sine interuallo. xxx. dieb⁹ continuis diceres. Qui cum missarū medi etate dixisset. et se iam ad missas aliā preparasset. dyabolica suggestionē p̄git q fere oēs boies illi⁹ ciuitatis in se bella mouerēt. vñ d̄ vocat⁹ ep̄s ad sedandā discordiā sacras deponēs vestes missā illa die p̄emissit. Iteruz reincipiens et iam duas ptes cōplens. exercitus magn⁹ ut vidēbat ciuitatē obsedit. et cōpulsus misse officiū inēmisit. Et deinde reicipēs cū omnes missas vltima excepta dixisset et vltimā inchoare vellet. tota villa et domus ep̄i ut videbat accensa est. Cui cū sui dicerēt ut missas intermitteret. ille dixit. Si tota villa cremari deberet missā non dimittere. qua celebrata glacies p̄nus resoluta est. et ignis quē se vidisse credebāt tāqz fatalis recessit. et nullū dānū intulit. **T**ertio ppter nr̄az instructionem. ut. s. magnā penā post hanc vitāz infligi peccātib⁹ cognoscām⁹. Sicut parisijs p̄gisse legitur. **M**agister enī silo. ut ait cantor parisiens quēdā scholarē suū lociū egrotatē obnixe rogauit ut p⁹ mortē ad se rediret et statū suū sibi renūciaret. **I**post aliq̄t igit dies sibi apparuit cū cappa de p̄gameno tota de sopbilmanib⁹ descripta. et in⁹ flama ignis tota p̄ecta. Qui requisitus a magistro q̄nam eēt. ait. Ille utiqz sum q ad te redire p̄misi. Qui de statu suo requisit⁹ ait. bec cappa plus super me ponderat et plus me premit qz si vnā turam super me hērem. et est mihi data vt eā portē p glā quā in sopbilmanibus habui. **I**postoro flama ignis q coopta est. pelles sunt delicate et varie quas ferebas que flama me cruciat et exurit. Sed cū ma-

gister illā penā facile iudicaz dixit ei defunctus vt manū extēderet. et sic facilitatē sue pene sentire posset. Cūqz manū extendisset. ille guttā vnāz sui sudoris dimisit que predicti magistri manū q̄si sagitta citi⁹ p̄forauit. ita q cruciatū mirabilē sensit et ait. Talis suz totus. Ille igitur magister ex illi⁹ pene acerbitate p̄teritus. seculū deliberauit deserere. et religionē intrare. vñ mane scolarib⁹ p̄gregatis bos vers⁹ cōposuit. **L**in q coarctans cracoris vanaqz vanis. **E**t logica p̄go. que mortis non timet ergo. Et sic seculū deserēs ad religionē p̄fugit. **Q**uarto ppter culpe in loco perpetrationē. Sicut aliq̄n s̄m augus. aie puniunt in locis in qbus deliquit. sic patet per illud exēplū qd recitat greg. in. iiii. dialogoz. **Q**uidā nāqz p̄sbyter dū balneū frequētaret. quēdam virū incognitū ad suū obsequiū p̄paratū inuenit. q semp sibi sedule ministrabat. Qui dū quadā die p benedictionē et laboris mercede quēdā panē benedictum sibi exhiberet. ille merens r̄ndit. **Q**ui bi ista quare das pater. **I**ste panis sc̄tus est Ego autē hunc manducare nō possuz. Ego enim aliq̄n huius loci dñs fui. sed p culpis meis hic post mortem meā deputat⁹ sū. **S**z queso vt oipotēti deo hūc panē p peccatis meis offeras. **T**unc aut te exaudituz cognosce. cū huc ad lauandū veneris. et me minime inueneris. **I**post p̄sbyter aut p vnā ebdomadā salutarē p eo q̄tidie obtulit hostiā. Et reuersus eū iam minime inuenit. **Q**uinto propter alic⁹ sc̄ti orationē. Sicut legitur q̄ factus patrici⁹ in qdā loco in tra qbusdā purgatorii impetrauit. Cui⁹ h̄istoriā p̄ festū sancti benedicti reperies. **C**irca sc̄dm qd est de suffragiis tria sunt videnda. **I**postmo de ip̄s suffragiis que fiunt. **S**ecundo de his p q̄b⁹ fiūt **T**ertio de his p q̄s fiūt. **C**irca suffragia q̄ fiunt. notandū q̄ quattuor sunt genera suffragioz que maxime defunctis p̄sūt. s. fidelium et amicorum oratio. elemosinarū largitō. salutaris hostie imolatio. et ieiunioz obsequiō. **Q**z p̄mū gen⁹ suffragioz. s. amicorum orō eis p̄sūt. patet p exēplū de pascasio. d̄ q̄ greg. i. iiii. li. dyal. narzat q̄ cum vir mire sanctitatis et virtutis exiterit. et duo tunc in sūmos ponti

De commemoracione

fices electi fuisset. Et tunc postmodum in unum illoz
ecclia puenisset. ipse tunc paschali quasi ex errore a
lium semper tulit. et in hac sententia usque ad mortem
permanuit. Qui cum esset defunctus. et dalmaticam se
retro suppositam demoniacus tetigisset. statim
sanatus est. **I**dem multum pro impijs cum germanus
capuanus episcopus balneus ob gratiam sanitatis peti
set. predictum paschaliu dyaconum statim et obsequen
tem inuenit. Quo viso uehementer extimuit.
et quod illic tantus uir faceret inquisiuit. Qui pro
nulla alia causa se in illo loco penali deputatum
asseruit. nisi quia in illa tali causa plus iusto sen
sit. Et addidit dicens. Queso te pro me domi
num deprecare. Et quia in hoc cognosces quod exau
ditus sis si bucrediens me non inuenieris. Qui
cum pro eo orasset. et illuc post paucos dies redi
set. predictum paschaliu in loco eodem minime inue
nit. **P**etrus quoque cluniacensis ait quod cum
quidam sacerdos quotidie pro mortuis ce
lebraret. ex hoc apud episcopum accusatus ab
officio est suspensus. Cum autem episcopus in ma
gna solennitate per cimiterium ad matutinas
pergeret. contra illum mortui surruperunt dicen
tes. Iste episcopus nullas missas nobis dat. Insuper
sacerdotem nostrum nobis abstulit. sed certe
nisi emendauerit morietur. Qui et sacerdo
tem absoluit. et libenter pro mortuis de cetero ce
lebrauit. **Q**uam grates etiam sint defun
ctis orationes uiuorum patet per hoc. quoniam qui
dam ut refert cantor parisiensis dum per cimite
rium transiret semper psalmum de profundis
dicebat pro defunctis. Qui cum ab inimicis per
cimiterium fugiens insequeretur. continuo
mortui surruperunt. et unusquisque instrumē
tum sui officij in manu habebat. et sic ipsum vi
riliter defenderunt. et inimicos terribiles fuga
uerunt. **Q**ui vero secundum genus suffragiorum
scilicet elemosinarum largitio eis prodest. manife
ste haberi potest ex eo quod in libro machabeo
rum legitur. Quoniam uir fortissimus iudas col
latione facta. xij. milia dragmas argenti mi
sit hierosolimam offerri ea ibi pro peccatis mor
tuorum iuste et religiose de resurrectione co
gitans. Quantum etiam elemosine defunctis
ualeant. colligitur per exemplum quod narrat gregorius
in libro dialogorum. Quidam namque miles
ex corpore eductus exanimis iacuit. Et cito

us rediens que cum eo gesta fuerunt enarra
uit. **M**iebat namque quod pons erat sub quo niger
et caliginosus fluuius et fetidus decurzebat
Transacto autem ponte amena erat prata
odoriferis herbarum floribus exornata. in
quibus albatrum hominum conuenticula
esse videbantur. quos varia et mira florum sus
citas satiabat. **H**ec uero erat in predicto pon
te probatio ut quisquis iniustorum uellet transi
re in tenebrosam fetentemque fluuium label
retur. iusti uero securo gressu ad amena loca
peruenirent. **I**bi quoque quendam petrum nomine de
orsum positum magno ferri pondere ligatus
se uidisse asseruit. Qui dum requireret cur il
lic esset. dictum est ei. **H**ec idcirco patitur. quia
si quid ei pro facienda ultione iubebatur. ad
inferendas plagas plus ex crudelitatis desi
derio quam obedientia seruebat. **I**bi etiam que
dam peregrinum se uidisse fatebatur. quod ad pre
dictum pontem ueniens tanta eum auro
tate transiuit quanta hic sinceritate uixit. **M**ile
us stephanus nomine dum transire uoluisset ei
pes lapsus est. et ex medio corpore iam extra
pontem deiectus est. **T**unc a quibusdam ter
ribilis uiris ex flumine surgentibus per coras
deorsum atque a quibusdam albatris et specio
sissimis uiris cepit per brachia trahi sursum.
Cunque hec lucta fieret. is qui uidebat ad cor
pus redibat et quis in illo occulti arbitri ex
amine obtineret scire non ualuit. **I**n quo da
tur intelligi quod in illo mala carnis cum elemo
sinarum largitione certabant. **Q**uod enim
per coras deorsum. et per brachia traheretur
sursum. patet nimirum quia et elemosinas
amauerat et carnis uicijs perfecte non resti
terat. **Q**ui autem tertium genus suffra
giorum. scilicet sacre hostie immolatio. plurimum
defunctis prodest. ex multis exemplis apparet.
Refert enim gregorius in libro dialogorum. quod
cum quidam monachus suus nomine iustus
ad extremum ueniens tres se occultos aure
os indicasset habere. et de hoc ingemiscens
mortuus fuisset. precepit gregorius fratribus ut cor
pus eius cum tribus aureis in sterquilino sepeli
rent dicentes. **I**decunia tua tecum sit in per
ditionem. **T**andem cuidam ex fratribus gregorius
precepit ut usque ad triginta dies omni die pro

Oīm fidelīū defūctorū.

eo hostiam immolaret Qui cum iussa com-
plessisset qui defunctus fuerat in die tricesi-
ma cuidam fratri apparuit. Quem frat̄ req̄-
siuit dicens Quomodo es. Cui ille respōdit
Hūc vsq; male fui. sed iam modo bene sum
q; hodie cōmunionem recepi. **B** Nec
autem hostie immolatio nō soluz mortuis
sed etiam viuis plurimū pfuisse inuenta est
Quidā nāq; cū in quadam rupe argētū fo-
derent. subito rupes cecidit. et fundit̄ cūctos
extinxit. Unus autem eorum subtus in quo-
dam sinu ipsius rupis mortem euasit. inde
tamen exire non valuit. vxor aut̄ illī eū d̄fū-
ctū existimās omni die p̄ ipso missas celebra-
ri faciebat et panem vnū et v̄ceū vini cū can-
dela quotidie offerebat. Cui dyabolus inui-
dens. per tres dies cōtinuos eidē in forma hu-
mana apparuit et quo tēderet requisit. Cui
cum illa sui itineris causā exponeret. ille aie-
bat. Noli frustra vexari. q̄a iā missa celebra-
ta est. et sic illa tribus diebus missam inmi-
sit nec ipsam celebrari fecit. Quidam autē
post hoc in predicta rupe argentum fodit̄
quandā vocē audiuit de subtus dicentem.
Plane percitias. q̄a capiti meo iminet ma-
gnus lapis. Cū autē ille tremere. et ad hanc
vocem audiendam pl̄imos puocasset. iterū
fodit et siles vocem audiuit. Tūc omnes p̄-
p̄t̄ us accedentes dixerunt. Quis enim es tu.
Qui r̄ndens dixit Plane faciatis. quia ma-
gnus lapis quasi super me cadit. Qui a late-
re fodientes. et ad eum vsq; puenientes. euz
sanum et incolumē extraxerunt. Et sciscitan-
tes quō ibi tā diu viris̄ dixit. q̄ qualib; die
panis vnus et v̄ceus vini et candela accēsa
nilitantum tribus diebus. sibi oblati fuit
Qd̄ vxor eius audiens. et vebementē exultās
agnouit q̄ de oblatione sua fuerit sustētat̄
et q̄ dyabolus eā deceperit. ne illis tribus di-
ebus missam cantare fecerit. Illud vt testa-
tur petrus cluniacēsis accidit in villa nomi-
ne ferraria grationopolitane dyocesis.

Gregorius etiam refert q̄ dum quidam
nauta in mari naufragium perpessus fuiss; et
quidam sacerdos pro eo hostiam immo-
lasset. ipse tandem de mari sanus exiuit. Cū
autē qualiter euasisset in̄rogaret. dixit q̄ dū

in medio maris existeret et iam pene fatiga-
tus deficeret quidam ad eum venit. et panes
quendam sibi obtulit. Quem cū ille come-
disset statim confortatus vires recepit. et i
q̄
dam nauī inde transeunte receptus fuit. In-
uentumq; est q̄ illa hora panes habuit qua
pro eo sacerdos hostiam immolauit

Quarto vero quartum suffragiorum gen̄.
scilicet ieiuniorum obseruatio defunctis p̄-
lit. testatur Gregorius. agens tam de isto q̄
de alijs tribus dicens. Anime defunctorum
quattuor modis solūtur. aut oblationib;
sacerdotum. aut precibus sāctorum. aut ca-
rorum elemosinis. aut ieiunio cognatorum.

Valeat nihilominus pro eis peniten-
tia facta ab amicis. Unde retulit quidam
solennis doctor q̄ cum quedam mulier vi-
ro mortuo de paupertate d̄speraret. apparu-
it ei dyabolus dicens q̄ eam d̄taret si suam
faceret voluntatem. Cui pmittendo p̄mo in-
iur̄it vt viros ecclesiasticos i suo hospitiō re-
ceptos faceret fornicari. Secūdo q̄ pauperes
in die reciperet. et in nocte vacuos expelleret.
Tertio q̄ orationes in ecclesia garriēdo im-
pediret. Quarto q̄ nulli hoc confiteri debe-
ret. Tandem cū morti appropinq̄sset. et a filio
ad confessionem admoneret. illa ei factum
aperiēs dixit se p̄fiteri nō posse. nec sibi aliq̄d
p̄fessio valeret. S; cū ille cū lacris instaret. et
p̄niam sup̄ ea facturū pmitteret illa cōpūcta
p̄ sacerdotē filiū destinauit. S; ante q̄ sacer-
dos veniret. Demones ad eā irruerūt. q̄rum
horrore ac timore mortua est. Fili; suus p̄ ea
peccatū suū p̄fites. et p̄niam septēnē faciens.
ip̄a cōpleta vidit matrem ei de sua liberatio-
ne gratias referentē. **V**alentia etiam eis idul-
gentie ecclie. Unde cum quidam apostoli-
ce sedis legatus quēdam strenuū militē ro-
garet vt in terra albiensi in seruitum ecclie
militaret. facta indulgentia patri suo defun-
cto. per vnam ibidē quadragenā moratus
est. Qua completa pater luce clarioz ei appa-
ruit. et de sua liberatione gratias ei egit. **E**
Circa secundū huius partis. s. illos pro q̄-
bus fiunt etiam quattuor videnda sūt. **P**ri-
mo qui sunt illi quibus possunt p̄desse. Se-
cundo quare debent eis prodesse. Tertio si

De commemoracione omnium fidelium defunctorum.

omnibus equaliter profunt. Quarto qualiter suffragia que pro ipsi fuerunt scire possunt. **D**e primo scilicet qui sunt illi quibus prodesse possunt. sciendum est quod sic dicit augustinus. omnes qui de hac vita decedunt. aut sunt valde boni. aut valde mali. aut mediocriter boni. Suffragia igitur facta pro valde bonis sunt gratiarum actiones. pro valde malis sunt viuarum que scilicet solationes pro mediocriter bonis sunt expiationes. Valde autem boni dicuntur qui statim euolant et ab utroque igne tam purgatorio quam inferni liberi sunt. Eorum autem sunt tria genera. scilicet baptizati. martires. et viri perfecti. qui scilicet tam perfecte edificauerunt aurum et argentum et lapides preciosos id est dei dilectionem. primi amorem. et bonam operationem. ut non cogitent placere mundo. sed tantum deo. Qui et si quando venialiter peccant. feruore tamen caritatis ita in eis peccatum consumitur sicut gutta aque a camino ignis penitus absorbetur. et ideo secum cremabilia nunquam ferunt. Qui igitur pro aliquo istorum trium generum oraret. vel aliqua suffragia faceret. eis iniuriam faceret. Quia sicut dicit Augustinus. iniuriam facit martiri qui orat pro martire. Si vero aliquis pro aliquo valde bono oraret. de quo tamen an euolasset dubitaret. tunc ille orationes essent gratiarum actiones. et ad meritum cederent exorantis sicut illud oratio mea in sinu meum conuertetur. His enim tribus generibus celum protinus aperitur cum decedunt. nec aliquem purgatorio ignem sentiunt. Quod significatum est per illos tres quibus celum apertum est. Apertum est enim christo baptizato. Luce. iij. Jesu baptizato et orante apertum est celum. Per quod significatur quod celum aperitur omnibus baptizatis siue sint paruuli siue adulti. ita quod si decederent protinus euolarent. Baptismus enim virtute passionis christi mundat ab omni peccato et originali et mortali et veniali. Secundo apertum est stephano lapidato. Actuum. viij. Ecce video celos apertos etc. Per quod significatur quod aperitur omnibus martiribus. ita quod statim euolant cum decedunt et si aliqua cremabilia habeant omnia falce martirij resecantur. Tertio apertum est Jobanni perfectissimo. Apocalypsis. iij. Audi et ecce hostium apertum in celo. Per quod significatur quod viris perfe-

ctis qui totaliter penitentiam compleuerunt nec venialia admiserunt. vel si aliquando admittuntur a feruore caritatis protinus consumuntur celum ipsum protinus aperitur. et mox in illud perpetuo regnaturi ingrediuntur. Valde autem mali sunt qui continuo in inferni baratrum demerguntur. Pro quibus si de eorum damnatione constaret nulla suffragia aliquatenus essent findenda. sicut quod dicit augustinus. Si scirem patrem meum esse in inferno. non plus orarem pro eo quam pro dyabolo. Si autem pro aliquibus damnatis de quorum damnatione dubitatur aliqua suffragia fierent nihil tamen eis prodesset. nec quantum ad liberationem. ut scilicet ab ipsi penitus liberentur nec quantum ad mitigationem. ut scilicet pena in eis mitigetur vel diminuat. nec quantum ad suspensionem. ut scilicet ad tempus vel ad horam eorum damnatio suspendatur. nec quantum ad fortificationem. ut scilicet ad tolerandum leuius roborentur. quantum enim ad aliquod horum in inferno nulla redemptio est. Mediocriter autem boni dicuntur qui cremabilia aliqua scilicet lignum seu nuda stipulam secum ferunt. ut qui penitentiam iniunctam et sufficientem morte preoccupati complere non possunt. qui nec a deo boni sunt. quantum suffragiis egeant. nec a deo mali quantum eis prodesse valeant. Suffragia igitur facta pro his sunt eorum expiationes. vnde isti sunt illi quibus ipsa suffragia solus prodesse possunt. In bonis autem suffragiis faciendis ecclesia consuevit triplicem numerum dierum maxime obseruare. scilicet septenarium. tricenarium. et anniuersarium. Et ratio horum assignatur in libro mitrali. de officio. Obseruat septenarium ut anime ad eternum quietis sabbatum perueniant. et ut eis omnia peccata remittantur que in vita egerunt que per septem dies ducitur. vel ut remittantur eis peccata que egerunt cum corpore quod consistit ex quattuor humoribus et cum anima in qua sunt tres vires. Obseruat tricenarium qui consistit ex tribus denariis ut purgetur in eis quicquid in fide trinitatis et in transgressione decalogi deliquerunt. Obseruat anniuersarium. ut de animis calamitatis perueniant ad annos eternitatis. Sicut enim anniuersarium sanctorum celebramus ad ipsorum honorem et ad nostram utilitatem. sic et anniuersarium defunctorum ad ipsorum utilitatem et nostram deuotionem. De secundo quaere scilicet eis debent suffragia prodesse sci-

De quattuor coronatis

endum q̄ triplici ratione debent eis p̄desse
¶ Primo ratione vnitatis. Sūt enī corp̄ vnū
cū ill' de ecclia militāti. r̄ idō bona sua debēt
eis eē cōmunia. Sc̄do rōne dignitatis. q̄nīaz
dū ad huc viuerēt meruerūt. vt h' sibi p̄desse
Et iterū. Dignū est vt q̄ alios iuuerūt r̄ ipsi
ab alijs iuuent. Tertio rōne necessitatis. q̄a. sc̄z
sūt in statu i q̄ iuuare se nō p̄nt ¶ De tertio
sc̄z vtrū eq̄līter oīb' p̄sint. sciendū q̄ si ip̄a suf
fragia in sp̄ali sūt maḡ p̄sint illis p̄ q̄b' speci
aliē sūt q̄z alijs. Si autē in cōmuni sūt maḡ
p̄sint eis q̄ p̄ meruerūt in hac vita vt sibi p̄
desse. si in eq̄lī vel maiori necessitate existūt.
¶ De q̄rto q̄lī. s. suffragia q̄ p̄ eis sūt sc̄z
p̄nt. sciendū q̄ s̄m aug. sc̄z p̄nt trib' modis
¶ Primo p̄ diuinā reuelationē q̄nī. s. de' h' eis
reuelat. Sc̄do p̄ bonoz āgeloz manifestati
onē. Angeli enī q̄ h' semp̄ nobiscū sūt. r̄ oēs
actus nostros considerant. in instanti qua
si ad eos possunt descendere. r̄ eis protinus
nunciare. Tertio per animarum hinc exeū
tium intimationem. Anime enim que de h'
mūdo transeunt. bec et alia eis nūciare pos
sunt. Quarto nihilominus sc̄z possūt per
experientiam r̄ reuelationem. Cum enim a
penis se releuari sentiunt. suffragia pro se fie
ri cognoscunt. ¶ Circa tertius hui'
secunde partis. sc̄z illos per quos fiunt. sciē
dū q̄ ipsa suffragia si p̄desse debent opor
tet q̄ fiant ab his qui sūt in caritate. Nam
si per malos fiunt p̄desse non possunt. vñ
de legitur q̄ dum quidam miles in lecto cū
proze eēt. r̄ luna valde lucens per rimas in
traret. mirabatur quomodo homo ratōna
lis creatori suo non pareret. cum eidem cre
ature irrationales parerent. Et dum cuidā
militi defuncto qui sibi fuerat familiaris de
traheret. subito ille qui mortuus fuerat in
thalamum introiit et dixit illi. Amice noli
male suspicari de aliquo. r̄ condona mibi si
quid in te peccaui. Cūq̄ super statu suo in
terrogaretur dixit. Varijs penis affligor. p̄
cipue quia tale cimiteriū violauī. r̄ ibi quē
dam vulnerans eum cappa sua expoliaui. q̄
mibi superponitur. r̄ vno monte magis me
premit. Rogauitq̄ vt pro se orationes fieri
faceret. Cū autem ille sibi diceret. an vellet q̄

a tali r̄ tali sacerdote ip̄as orationes faceret
fieri. ille ad hoc nihil respondens caput mo
re reuertens concussit. Deinde dixit. si vellet
q̄ talis heremita pro se oraret. Cui ille. Vti
nam pro me oraret. Quod cum se facturū
promitteret ille ait. Et ego dico tibi quia ab
hac die vsq̄ ad duos annos tu etiam mori
eris. Sicq̄ ille disparuit. r̄ miles vita sua in
melius mutata in domino obdormiuit.

¶ Q̄ autem dictum est suffragia facta p̄
malos p̄desse non posse. intelligendū est
nisi sint opera sacramentalia. vt est celebra
tō missę que a malo ministro violari nō po
test. Vel nisi ipse defunctus. vel aliquis eius
amicus aliquibus etiam malis aliqua di
spensanda reliquisset. Que tamen cōtinuo
dispensare debent. ne sibi cōtingat quod cui
dam contigisse legitur. Miles enim quidā
in bello Karoli magni vt ait turpinus cum
mauris pugnaturus. rogauit cognatū suū
vt si in bello moreretur equum suum vēde
ret. r̄ pauperibus precium daret. Quo mor
tuo cum equus sibi nimis placeret. eum si
bi retinuit. Et post modicum temporis de
functus ei tanq̄ sol refulgens apparuit di
cens. Cognate bone per octo dies me fecisti
pati penas in purgatorio propter equū q̄
precium vt dixeram pauperibus non dedi
sti. Sed impune non ferēs. bodie enim ferēt
animam tuam in infernum dyaboli r̄ ego
purgatus vado in regnum dei. Et ecce subi
to in aere auditus est clamor velut leonum
vulorum et luporum. et ipsum de medio ab
stulerunt.

CLIX

A

¶ De quattuor coronatis.

Quattuor corō
nati fuerunt. Seuerus. Seue
rianus. Corpoforus. et Victori
nus. qui iubente dyocleciano vsq̄ ad mor
tem icibus plumbatorum celi sūt. Horū
nomina cum reperiri non possēt que tamē
post multos annos dño reuelante reperta
sunt statutum fuit vt eozū memoria s̄b no
minib' alioz q̄nq̄ martiz. sc̄z claudij. casto
rij. siphoriani. nicholstrati. r̄ siphycij recoleret

De sancto Martino.

cognoscens cū eēt ānoꝝ .xviii. baptizari se fecit. et ad huc ad istānā tūni sui q̄ tpe sui tribunatus expleto se sc̄lo abrenūciatur p̄mittebat. p̄ bienniū militauit. In tēa irruētib⁹ itra gallias barbaris. iulian⁹ cesar⁹ eos pugnatur⁹ pecuniā militib⁹ erogauit. Et martin⁹ nolēs deinceps militare. donatiuū recipere noluit. sed cesari dixit. Xpi ego miles sū pugnare mihi nō licet. Indigt⁹ iulian⁹ dixit q̄ nō religionis gr̄a. s̄ metu belli iminētis milititerenūciaret. Cui martin⁹ intrepid⁹ r̄ndit. Si signauie nō sibi ascribit. crastina die ante acie inermis a stabo. et in nomie xpi signo crucis nō clipeo p̄tect⁹ aut galea hostiū cuneos penetrabo secur⁹. vñ custodiri iubei. vt inermis vt dixerat barbaris obijceretur. Sed die sequēti hostes legatōꝝ miserūt sua oīa seq̄dantes. vñ nō dubiū est meritis sc̄i viri talem victoriā sine sanḡne datam eē.

Exinde relicta militia ad sc̄m bylariuz pictauēse ep̄m p̄xit. et ab eo accolit⁹ ordinat⁹ monētā dñi p̄loporē vt parētes suos ad huc gēiles visitaret. P̄fect⁹ igit. m̄tra ad uersa passuz se eē p̄dixit. Itā int̄ alpes icidit ilatrones. Cūq; vn⁹ securi in caput eius vibrasset. actū ferientis dextre sustinuit alē. Tūctis tñ p̄tergū manib⁹ vni eoz custodiēd⁹ tradit. P̄ercūctū vō latroni an̄ timuisset. r̄ndit nūq; se ita fuisse securuz. qz sc̄ret misericordiā dei maxie in tēptationib⁹ affuturaz. Incipientiq; latroni p̄dicauit et ip̄m ad fidē xpi conuertit. Qui martinū ad viā reducēs laudabilē postmod⁹ vitā duxit.

B Cū aut̄ mediolanuz p̄terisset dyabol⁹ in būana specie sibi obui⁹ fuit. et q̄ tēderet req̄siuit. Cui cū r̄ndisset se q̄ eū dñs vocaret tēdere. ille ait. Quocūq; ieris dyabolus tibi aduersabit. Cum autem martinus sibi respondisset. domin⁹ mihi adiutor est. nō timebo quid faciat mihi homo. statim ille euauit. Itaq; matrem p̄uertit. pater vō in errore p̄māsit. S̄ cum berezariana per totū orbē pullularet. et ille pene solus obsisteret publice celus et de ciuitate eiect⁹ mediolanū redijt. et ibi sibi monasteriū statuit. Sed ind̄ ab aruanis eiect⁹ ad insulam gallinariam cum vno solo p̄sbytero perrexit. vbi elleborū gramē venena

tum inter alias verbas in cibū sumpsit. et vicinam mortem senties omne piculū et dolorem v̄tute orationis fugauit.

Audiens vero q̄ beatus bylari⁹ de exilio rediret obuiam ei p̄fectus est. et iuxta pictauū monasterium ordinauit. Vbi cū quēdā ad huc carbecuminū haberet. parūper a monasterio discedens. et rediens. reperit eū sine bapulo defunctū. Quem in cellā ducens. et super e⁹ corp⁹ se p̄sternens. ip̄m sua orōne ad vitam p̄stinā reuocauit. Idē vero homo referre cōsuevit. q̄ dū super euz data snia obscuris locis deputatus fuisset. per duos āgelos iudici est suggestuz. hūc eē pro quo martin⁹ oraret. Iussum est igit vt per ip̄os duos reduceret. et martino viuus redderet.

Aliuz insuper qui laqueo vitā finierat vite restituit.

